



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

94. Inscrutabili divinæ &c. Confirmatio Constitutionum Academiæ
Theologiæ de Urbe, cum deputatione nonnullorum S. R. E. Cardinalium
ejusdem Academiæ Protectorum, & quorundam Privilegiorum
concessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO
1717.

Sua Sanctitas
ævia com-
mutatione
omnium Mo-
nitoriorum à
Cardinali Ca-
merario ex-
peritorum
præsertum
edictum cum
omnibus in-
dè securis, &
secuturis an-
nullat, & re-
probatur.

Cum Decre-
to irritari
et aula fu-
blata, & aliis
amplissimis,

expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi
volumus, uberioris continetur.

S. 8. Hinc est quod Nos, qui in supremo Jus-
titiae solo à Domino constituti universarum Or-
bis Ecclesiæ gerimus curam, quique tam illa-
rum, quam Sedis Apostolicæ Jurium assertores
sumus, ne in tam apertâ eorum, & Apostolica
auctoritatis oppugnatione, Pastorali officio nostro
quoquo modo deesse videamus, memoratorum
Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum
vestigiis inhærentes, in primis vero prenarrata
Monitoria cum omnibus, & singulis in eis con-
tentis aprobantes, ac confirmantes, & quatenus
opus sit innovantes; Motu proprio, & ex certâ
scientiâ, ac matura deliberatione nostris, deque
Apostolica potestatis plenitudine Edictum, seu
præceptum præinsertum, & in eo enunciata, &
contenta quæcumque cum omnibus, & singulis
indè securis, & forsitan quandocumque securitis
penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, erro-
nea, damnata, reprobata, inania, & à non haben-
tibus potestatem damnablem attentata, ac de fac-
to præsumpta nulliusque roboris, & momenti,
vel efficacia fuisse, & esse, ac perpetuò fore, ne-
minemque ad illorum observantiam teneri, imo
nec à quoquam observari potuisse, vel debuisse,
neque per illa ullum, vel minimum præjudicium
juribus nostris, & dictæ Sedis, ac Ecclesiæ Astn.
ejusque Episcopis, ac Romanis Pontificibus illa-
tum fuisse, vel esse, aut inferri potuisse, nec ullo
unquam tempore posse caruidem tenore præsen-
tium decernimus, & declaramus. Et nihilominus
pro majoris, & abundantiori earudem Sedis, &
Ecclesiæ Astn. cautela, & quatenus opus sit, illa
omnia, & singula, motu, scientia, deliberatione,
& potestatis plenitudine paribus hârum serie dam-
namus, reprobamus, revocamus, cassamus, irri-
tamus, annullamus, viribusque, & effectu peni-
tus, & omniò vacuamus, ac pro damnatis, re-
probatis, revocatis, cassatis, irritis nullis, inva-
lidis, & aboliti viribusque & effectu penitus, &
omnino vacuis perpetuò haberi volumus, & man-
damus, itaut illis minimè obstantibus iura nostra,
& Apostolica Sedis, dictæque Ecclesiæ Astn. sem-
per omni tempore ramaneant, sint, & seruen-
tur, ac censeri debeat sarta, tecta, integra, illa-
sa, & illibata in omnibus, & per omnia quemad-
modum erant ante editionem præfati Edicti, seu
præcepti, ceterorumque præmissorum, & per di-
cere ac si illa nunquam emanassent, nec facta fuissent,
neque unquam fierent, seu evenirent.

S. 9. Decernentes sic, & non aliter in præfa-
tis omnibus, & singulis censeri, ac per quoscum
que Judices ordinarios, & delegatos etiam causa-
rum Palatii Apostolici Auditores, ac nostram Ca-
meram prædictam, ejusque Officiales quomodo-
cumque nuncupatos, & ejusdem S. Romanae Eccle-
siæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quo-
vis alios quæcumque auctoritate fungentes, & func-
turos, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, & interpretandi facultate, & auctorita-
te judicari, & definiti, debere, & irritum, & ina-
ne, si secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non
obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis etiam Conciliaribus, nec non legi-
bus Imperialibus, & Municipalibus, & quatenus
opus sit, nostrâ, & Cancellariae Apostolice regulâ
de jure quæsto non tollendo, ac pia mem: Pii
PP. IV. etiam Prædecessoris nostri Constitutione
de gratia quæcumque interesse Cameræ Aposto-
licæ concernentibus in eâdem Camerâ præsentan-
dis, & registrandis, itaut præsentes literæ, etiam
in eâdem Camera nullo unquam tempore præ-
sententur, & registrantur, nihilominus valeant,
plenamque roboris firmitatem obtineant; necnon

dictæ Ecclesiæ Astn. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ robora-
tis statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque,
indultis, & literis Apostolicis eidem Ecclesiæ illius-
que Praefuli, Capitulo, & quibusvis personis sub
quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque ef-
ficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irri-
tantibusque, & aliis Decretis in genere vel in spe-
cie, ac aliâs in contrarium præmissorum quomo-
dolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

S. 10. Quibus omnibus, & singulis eorum om-
nium, & singulorum tenores præsentibus pro ple-
nè, & sufficienter expressis, & de verbo ad ver-
bum insertis habentes, illis alias in suo robore per-
mansuris, ad præmissorum effectum specialiter, &
expressè derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

S. 11. Cùm autem eadē præsentes literæ in
locis dictiōni prædictæ Secularis potestatis subjectis
nequeant tute publicari, ut haecne experientiā
comportum est, & Nobis notoriè constat, volumus
illas seu earum exemplas ad valvas Ecclesiæ Latera-
nen, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non
Cancellariae Apostolicae, Curiaque generalis in
Monte Citorio, ac in acie Campi Flora de Ur-
be, ut moris est, affigi, & publicari, sicut publica-
tas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ con-
cernunt perinde arctare, & afficere, ac si unicuique
eorum nominatio, & personaliter intimatæ fuissent,
utque ipparum literarum transumptis, seu
exemplis etiam impensis manu alicuius Notarii
publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in
Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, eadem
profrus fidès tam in Judicio, quâm extra illud
ubique adhibetur, quæ cisdem præsentibus ad-
hibetur, si forent exhibitæ, vel ostendæ. Da-
tum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub
annulo Piscatoris die xx. Octobris MDCCXVII.
Pontificatus nostri Anno XVII.

Cardinalis F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sep-
tingentesimo decimo septimo, die 23. mensis Octo-
bris, Indictione decima, Pontificatus Sanctissimi in
Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina
Providentia Papa XI. Anno decimo septimo supra-
dictæ Literæ Apostolicae affixa & publicata fuerunt
ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principi-
pis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Cu-
riaque Generalis in Monte Citorio, ac in acie
Campi Flora, aliisque locis soliti, & consuetis Ur-
bis per me Josephum Batiale Apostolicum Cursum.

Sebastianus Vaselli Mag. Curt.

CONFIRMATIO

Constitutionum Academæ Theologicæ de Ur-
be cum deputatione nonnullorum S. R. E.
Cardinalium ejusdem Academæ Protecto-
rum, & quorundam Privilegiorum conces-
sione.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili divinæ bonitatis, atque sapientia
Providentiæ ad Ecclesiæ Catholicæ per univer-
sum terrarum Orbem diffusæ, regimen, meritis
licet imparibus evecti, inter multiplices pastora-
lis vigilantæ nostræ curas Sacram Litterarum,
ac præfertim Theologicæ Facultatis studia, per
quæ

ANNO
1717.Et consueti-
gationi-
bus.

Mandat præ-
sentes literæ
affixas locis
soliti
Urbis
omnes offici-
e, ac si uni-
cuque perso-
naliter ini-
mitate fu-
sent, & fidem
adhiberi tran-
sumptis.

XCIV.

Exordium à
Pontificis lo-
cione
promovendi
facratur ac
preferunt
Theologica
Facultatis
studia.

A N N O
1718.

quæ depulsa ignorantia caligine, mortalium mentes luce veritatis illustrantur, ad supernæ Deitatis essentiam veraciter contemplandam iter panditur, sana doctrina asseritur, Catholica fidei puritas ab heretibus, pravisque dogmatibus gladio spiritus vindicata enitefecit, illiusque, & divini cultus propagationi, ac aliis Christianæ Reipublicæ commodis consulitur, ubique locorum, ac præcipue in hac Alma Urbe nostra, ex qua doctrina, & bonorum operum exempla in reliquas Christiani Orbis partes assidue promanant, quantum Nobis ex alio conceditur promovere, excitare, & confovere studemus, sicut omnibus maturæ considerationis trutinâ persensis, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæque decus, & præsidium, ac Christifidelium utilitatem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

S. i. Cum itaque alias nempè ab ipsis Pontificis Nostris primordiis, q̄ ædam Academia Theologica nuncupata, in qua plures in ea facultate versati, ac etiam Magistri, seu Doctores, aut alias graduati, ad pleniorē, & sublimiorē sacrarum, divinarumque rerum cognitionem aspirantes Sacrae Theologie, nec non historiæ Ecclesiasticae disciplinis præcipuum, sedulamque operam laudabiliter haec tenus navarunt, & adhuc indefessi studiis navare non desistunt, sub auspiciis nostris, ac Nobis annuentibus in Urbe prefata cresta, seu instituta sit, eique usum loci in ædibus publici Gymnaſii Sapientiae nuncupati ejusdem Urbis pro suis convenientibus habendis, & functionibus peragendis sub certis modo, & formâ, tunc exprefsi assignaverimus, & concesserimus; & sicut plurimorum Virorum præstantium testimonio, imò etiam nonnullorum ex Venerabilibus Fatiis Nostris Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus, qui literarii ipsius Academia exercitationibus, & disceptationibus sèpius interfuerunt, relatione accepimus, dilecti Filii Academici eidem Academæ adscripti notabiles in præfatis disciplinis progressus jam tecerint, & in dies facere pergent, unde non obscura spes affulgeat, fore, ut dicta Academia, benedicente Domino, non solum majora in posterum suscipiat incrementa, verū etiam suavissimos, uberesque fructus in Ecclesia Dei quandoque proferat; in eumque finem predicti Academici pro recto, ac felici Academæ hujusmodi gubernio nonnullas Constitutiones, seu Statuta, quæ per bon. mem. Thomam Mariam, dum vixit, ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalem Ferrarium, Sancti Clementis nuncupatum, jussu nostro revisa, & subinde approbata fuerunt, jampridem condiderint, quoque tenor est, qui sequitur, videlicet.

S. 2 Constitutiones Academæ Theologicæ: Academiam Theologicam solum illis patere volumus, qui Theologie saltē quadriennio sedulam operam navarunt.

Horum ingenii exercendis, perfectaque doctrina imbuendis, bis in hebdomada, scilicet feria tertia, & sexta, de sacris, divinisque rebus disputabitur. Alternis Theologicæ, alternis Historica disputatio erit: idenidem vero vel ad nostræ Religionis dogmata pertinentes controversia, vel ad Sacras Literas disceptabuntur.

Ab exercitationibus vacatio erit à Dominica Sexagesima, ad Dominicam Quadragesimam: à die Palmarum ad diem Dominicam in Albis, & à xvi. Kalen. Octobris ad xv. Kalen. Decembri.

Ex universa Theologia, atque Historia Ecclesiastica præcipue quæstiones à Censoribus selecta triennii disputationibus absolvantur. Eorumdem judicio, quæ in contrarias partes dilputari possunt, quæve in alteram tantum decerneretur. Ordo in Theologicas ad Summam Divi Thoma: In Historicis ad se-riem temporum accommodabitur.

In quounque Conventu, Academicus cui id fuerit injunctum, primum ea, quæ in quæstione versantur, breviter, ac luculenter explicabit. Tum duo cum eo solidam horam disceptando decertabunt; ille eorum argumenta, & conquistas rationes acute refellet, & confutabit.

Quilibet Academicus exacto anno solemnum disputationem habebit: sex horas, tres ante, tres post meridiem disputationem.

Omnis Academicorum munia triennio saltem obibunt, & labores, qua disputatione, qua in solemnibus disputationibus accurate disceptando sustinebunt. Completo triennio, proximum à Censoribus locum, ac sedem honoris ergo habebunt. De omnibus, quæ ab Academicis consenserunt, suffragium ferent.

Quicunque sex annos Academicæ munia obierit, & labores subiicit, inter Cenfiores referendus.

De controversiis disceptandis Censoris judicium erit. Unus minus solemnibus, tres solemnibus disputationibus praesidebunt. Quid de illis sentiat, judicabunt: Suffragia occulta erunt: soli Academicæ à secretis nota, ut possit, cùm fuerit opportunum, doctriæ cujusque testimonium perhibere.

Academicus à secretis, qui & Censor erit, cunctis solemnibus disputationibus una cum duobus aliis Censoribus praecedit. Non solemnibus, tunc cum Cenfore non adegit contigerit. Diem, solemnibus disputationibus statnet. Eum pro iis habendis designabit, quem integrum annum in Academia exigitse constabit; annum autem non dierum, sed laborum casu metimur; Certiores faciet Cenfiores de questionibus, quarum disceptationibus debebunt praesidere: Eas Academicis omnibus, adjecto die ad disputationem destinato, scriptas tradet: controversias disceptandas quolibet mense in tabella descriptas exponeat; Scriptoreque, qui de illis uberior, & luculentius differunt, indicabit. Acta omnium, quæ geruntur, conficit: Academicorum nomina in albo describet & tempus, quo adscripti fuerint, adnotabit. Academicorum doctrinam, labores, Cenforum judicio probatas disputationes publicis litteris pro cuiusque meritis testabitur.

S. 3. Ac proinde, sicut memorati Academicæ, exponi Nobis nuper fecerunt, ipsi non minus ejusdem Academæ erectionem, seu institutionem, perpetuaque usus loci, ei, sicut præmititur, assignati, concessionem, quam Constitutiones, & Statuta præinserta, quo firmius subsistant, Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri, & alias desuper paternæ providentia nostræ partes interponi plurimū desiderent; Nobis propreterea humiliter supplicari fecerunt; ut in præmissis opportunè provide, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Academæ prædictæ prosperum statum, & directionem, uberioraque incrementa sinceris exoptamus affectibus, eorundem Exponentium votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, benignè annuere, eosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodate existint, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati erectionem, & institutionem Academæ supradictæ, perpetuaque usus loci ei in ædibus dicti Gymnaſii, ut præfertur, assignati, concessionem præfatas, nec non Constitutiones, & Statuta præinserita cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis, autoritate Apostolicæ tenore præsentium, sine tamen Universitatis studii generalis ejusdem

A N N O
1718.

Academia
Theologica
instituta in
Urbe fuit sub
auspicis San-
ctitatis sue.

Quæ illi lo-
cum in publi-
co Gymnaſio
Sapientiae ac-
signavit.

Academici
Constitu-
tiones, seu sta-
tuta conuide-
runt, quæ
mandante
Sanctitate
Sua a Card.
Ferrario re-
vita, & ap-
probata fue-
re.

Tenor ea-
rundem
Constitu-
tions.

Pontifex A-
cademiam ere-
ctionem, lo-
cum ei affi-
gnatum in æ-
dibus d.
Gymnaſii, &
Constitu-
tiones præfas-
tas amplissime
conferit si-
ne tamen crux-
juquam præ-
judicio.

ANNO
1718.

Pontifex Academice e-
tationem, lo-
cum ei as-
signatum
in aedi-
bus d. Gym-
nasi, & Con-
stitutiones
prefatae am-
plissimè con-
firmat sine
tamen cuius-
quam prae-
dictio.

Lectores Sa-
crae Theolo-
giae in Gymna-
sio confi-
tuuntur Cen-
tores in Aca-
demia.

Academicis
praelatio con-
ceditur, ceteris
paribus in
Beneficiis Ec-
clesiasticis,
praesertim cu-
ratis.

Academici
Regulares pe-
culiare pri-
legio deco-
tantur.

Urbis, ac cuiusquam alterius præjudicio appro-
bamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, &
inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, & pra-
sidium adjicimus, ac quoquaque juris, & facti
defectus, si qui in premissis quomodolibet in-
tervenerint, amplissimè supplemus; & nihilomi-
nus dictam Academiam Theologicam, quatenus
opus sit, autoritate, & tenore similibus itidem
perpetuò ergimus, & instituimus, eique per-
petuum usum loci prefati denud concedimus,
& assignamus.

§. 4. Porro, ne unquam in eadē Academia
perpetui futuri temporibus Censores, qui A-
cademicorum disputationibus præsint, aliasque
eis per Constitutiones, & Statuta præinserta de-
mandatas functiones obire valeant, desiderari
contingat, volumus, & eadē authoritate de-
cerimus, ut præter & ultra eos in ejusmodi
Statutis & Constitutionibus designatos, omnes,
& singuli Sacrae Theologiae in eodem Gymna-
sio Lectores, nunc & pro tempore existentes,
qui Collegium Theologorum inibi constituant,
officium Censorum in dictâ Academiâ pariter
obtineant: præterea, ut Academicci nunc, & pro
tempore similiter existentes mercedis laborum
fuorum aliquando recipienda spe excitati me-
moratis disciplinis eò impensis soleriusque in-
cumbant, eisdem Academicis, qui cuncta Aca-
demie munia sedulò, ac laudabiliter adim-
plererent, in dignitatibus, personatis, canonici-
bus, & præbendis, aliisque beneficiis Eccle-
siasticis, ac iis præsternit, quibus cura imminet
animatum, per collationem, vel electionem, in
cuiusque ipsorum patribus, respectivè providendis,
aliis omnibus, ceteris paribus, tam in Roma-
nâ Curiâ quam extra eam præferri volumus,
& mandamus; serib idcirco requirentes, & mo-
nentes Venerabiles Fratres Patriarchs, Archi-
episcopos, & Episcopos, nec non dilectos Filios
Nostrros, & Apostolica Sedis Nuncios, ceteros
que Praelatos, seu locorum Ordinarios, ac quos
cunque beneficiorum ejusmodi Collatores, &
Collatrices, ut Academicos præfatos quorum
multi Exteri, & ex diversis nationibus existunt,
cum eos in suas Regiones reverti contigerit, si
se supra dictâ Academiâ adscriptos, in eaque
iù cum laude versatos fuisse legitimis probatio-
nibus, atque in primis literis testimoniis
manu Secretarii ejusdem Academiæ subscriptis,
ejusque sigillo munitis docuerint, in collatione
eorundem beneficiorum, quatenus ipsi reditu-
bus ad congruam sui sustentationem sufficienti-
bus caruerint, aliis omnibus, ceteris paribus,
similiter præferant; Quia verò etiam nonnulli
Regulares prædictæ Academiæ adscripti plurimum
ei adjumenti, atque splendoris huc usque attu-
lerunt, & ut in Domino confidimus, deinceps quo-
que jallaturi sunt; idcirco eos itidem peculiari fa-
vore gratiae prosequi cupientes, earundem tenore
præsentium decernimus, ut postquam iidem
Regulares Academiæ præfata adscripti, & in
futurum absribendi de Superiorum suorum con-
fensi omnes Academicorum partes per sexen-
nium recte, ac diligenter expletent, id eis, &
eorum cuilibet suffragari debeat in omnibus, &
per omnia, perinde ac si Sacram Theologiam in
suis respectivè Monasteriis, Conventibus, seu
Dominibus regularibus per triennium actu legis-
sent, ita tamen, ut duo dumtaxat, & non plu-
res Regulares hujusmodi ex unoquoque Monas-
tero, Convento, seu Domo regulari de Urbe
præfata, ubi studia vigeant, & actu Sacra The-
ologia legatur, à suis respectivè Superioribus de-
putentur, ad hoc, ut Academiæ hujusmodi ad-
scribi, & in ea cuncta Academicorum munera
exercere valeant; iis autem transfacto sexennio,

alii duo, & non plures subrogentur, siveque de
sexennio, in sexennium servari debeat.

§. 5. Demum, ut ejusdem Academiæ conser-
vationii, bonoque regimini, nec non Academicorum
commodis, & utilitatibus uberioris consul-
tum sit, promptumque, & paratum eis suscep-
tit præsidium, dilectos Filios Nostros Joannem
Baptistam Sancti Cæsarei Spinulam, Joannem
Dominicum Sanctæ Anastasie Parracianum, Ca-
rolum Augustinum Sancti Augustini Fabronum,
Joannem Baptistam Sancti Stephani in Monte
Cælio Prolomeum Titularum Presbyteros, nec
non Annibalem Sanctæ Mariæ in Coimedin Dia-
conum Albani nuncupatos, Nostrum secun-
dum carnem ex germano Fratre Nepotem prædi-
ctorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales memo-
ratae Academiæ Protectores, & Defensores conser-
vavit, & deputamus, quorum consilio, ope,
ac patrocinio tam supradicta, quam quæcumque
alia ad Constitutionum, & Statutorum præfa-
torum observantiam, Academicorum admissionem,
& expulsionem, Secretarii, & Cenorum depu-
tationem, & motionem spectantia ac generali-
ter omnia, & singula, qua ad salubrem Aca-
demie directionem, illiusque progressum, decus,
& ornamenti tendere, & conducere videbun-
tur, agantur, statuantur, & ordinantur. Mos
enim eisdem, ac pro tempore existentibus Pro-
tectoribus per Nos, & Sedem Apostolicam pa-
riter deputandis, plenam, liberam, & amplam
ad præmissa facultatem, & autoritatem harum
serie tribuimus, & impartimur.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas,
ac omnia, & singula præmissa firma, valida, &
efficacia existere, & fore, suoque plenariis,
& integris effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad
quos spectat, & pro tempore spectabit, plen-
issimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabili-
ter observari. Sicque in eisdem præmissis per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,
etiam caufarum Palati Apostolici Auditores ju-
dicari, & definiti debere, ac irritum, & inane
si fecus super his à quoquam quævis autoritate,
scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non
obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Urbis, &
Gymnasi præfatorum ac quorumcumque Ordinum
Regularium etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quævis firmitate alia roboratis statutis, &
confuetudinibus, Privilegiis quoque, indulxit, &
Literis Apostolicis in contrarium præmissorum
quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis;
quibus omnibus, & singulis illorum tenore
præsentibus pro plenè, & sufficienter expre-
sis, ac de verbo ad verbum infertis habentes,
illis aliis in suo labore permanens, ad præ-
missorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscumque. Datum Romæ apud Sanctam Ma-
riam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiii.
Aprilis MDCCXVIII., Pontificatus Nostris Anno
XVIII.

F. Card. Oliverius.

ANNO
1718.

Quinque
S.R.E. Car-
dinatæ Pro-
tectoræ, & De-
fensores Aca-
demie depu-
tantur.

Quibus plus
res faculta-
tes concedu-
tur.

Cum decreto
irritanti, &
claufulis con-
fuetis.